utile. Quis enim sapiens ultro se subicere festinat. ferminti. dolori. labore. et q̄ maius est. tali periculo. vt det rōnem p̄ omni eccl̄ia apud indicē iustum nisi forte q̄ nec credit iudicium dei. nec timet. vt abutens primatu suo eccl̄astico seculariter cōnerat eū in seculare. hec Criso. Et qz in moribus magis mouent facta q̄ verba. id qui cepit facere et docere ex his que egit demonstrat q̄ docuit. vt si dicta p̄iipenderent era bescerent ad opera et inducit sui ipsius exēplū. sine dat seipsum eis in exēplū dicens. Sicut filius hominis nō venit in mādū ministrari) et ministeriū ab alijs accipere vel t̄p̄aliter dñari. Mō. n. legimus discipulos eū discalclasse. nō manicas cū lauaret tenuisse. nō genibus p̄uolutos ante eum hoc vel hoc egisse. vel aliud huiusmodi sibi fecisse sed oēs simul comedebant. sibi q̄ sine prelatione seruisebat. Erubescant ergo qui hec a seruis suis querunt. qz in hoc tpm p̄ire contendūt. (Sed) potius venit (ministrare) et ministerū alijs impendere. Sicut patet in lotō pedū. in distributione panū. in restitutione sanitati. in discursu ad predictandū. Ubi Origines. Nam et si angeli et Marthā ministraverunt ei. nō tñ id eo venit ut ministraretur. sed ut ministraret eccl̄ia. ergo principes imitari debent tpm accessibile et pueris manus imponēte et discipulis pedes lanante ut et ipsi similliter sciant fratribus. Nō agit tales sumus ut ēt principū mundi excedere superbia videamus. vel non intelligentes vel contēnentes mandatū. tpi. et querimus sicut reges acies precedentes. et terribiles nos et accessu difficiles marime paupib⁹ erbibemus nullas assibilitatē habentes. vel habere ad nos p̄mittētes hec Origines: Et nō tñ predicto mō ministrare venit. sed etiā dare alaz suā id est vitā. redēptionem p̄ multis id est pro his qui credere voluerāt. Pro oībus qdē quantū ad sufficientiam sed pro multis nō pro omnibus quantum ad efficaciam. Nō solum ergo quodcumq; ministerium erib⁹ buit tps. sed ministravit nobis id q̄ sāme est preciosum et extime caritatis. scilicet seipsum in pretium nostrae redēptionis. Unde Bernardus. Bonus minister. qui carinem suam in cibum. sanguinem in potum animam ministrat in pretium. Vnde et Be

da. et hoc quoq; maioribus ecclesie p̄cipuis  
genus ministrandi imitandū ostendēs. vt  
nō solum misericordes elemosyne doctrinē  
salutis spiritalis exempli ministeria fra/  
tribus impendamus veruetia sicut ille pro  
nobis aliam suaz posuit: ita et nos p̄ innicē  
alias ponere discamus. Unde etiam Criso.  
Rex celoz cr̄stens. homo voluit effici et cō  
tēni et connīctia pati. neq; in his sufficit: sed  
ad mortē venit: et aliam dedit pretiū redē/  
ptionis p̄ multis etiā inimicis. Tu quidez  
si humiliatus fueris. p̄ temetipso facis. ip̄e  
aut̄ p̄ te. Quanūcāq; ergo humiliat⁹ sue  
ris. nō potes tñm descendere sicut domina/  
tor tuus. Et iterū. Ad hoc enim ad imagi/  
nē xp̄i facti sumus ut imitatores efficiamur  
voluntatis eius et p̄uersationis. Sed i hoc  
sumus imago eius. ut qñ ei bonū videtur  
et apud nos sit bonū. et quod ei malū vñ et  
apud nos sit malū. Quicunq; aut̄ dñs hu  
miliatio lactantie studet non imago eius. et  
qui dñs paupertatem amāte diuinitarū ama  
torem in hoc seculo. repellit a se xp̄i similitu  
dine. Nō est verus discipulus qui non imi  
tatur magistrū. nec est vera imago q̄ similis  
nō est. antorū. hec Criso. Humilia ligis teip̄z  
et imitari magistrū et dñm tū. Ut superab  
le. n. valde ē: ut discipulus se erigat vbi ma  
gister se inclinat. et q̄ seruus sit superb⁹ vbi  
dñs est humili. qz nō est discipulus super  
magistrū. nec seruus super dñm sū. Quia  
enim hō p̄ superbiā cecidit necesse est ut p̄  
humilitatem resurgat.

Oratio.

Omine Iesu xp̄e qui p̄ nostra salute  
o calicem passionis bibere et baptis/  
mo sanguinis pfundi voluisti: et nō  
temporaliter dñari et ministrari: sed humili  
ter servire et ministrare ac vitā tuā pro no  
stra repemtione dare venisti. Da mihi mi  
sericordia p̄ meo modulo tuo calicis et baptismi  
et patientia et gaudio sp̄us partipem fieri.  
et te magistrū ac dñm in humiliatis ope  
ribus imitari. et non solū in operibus mis  
ericordie ministerium proximis impendere:  
sed etiam vitam si necesse est pro eis pone  
re: et tandem ad regnum electis tuis para  
rum feliciter peruenire. Amen.

C De uno ceco ante ingressum h̄ierico  
illuminato.

Capitulum. xxij.

Actum est autem

vt appropinq;uaret dñs Iesus h̄ eri  
co) que est vrba inter galileā. vnde ascē de  
bat et h̄ierusalem quo ibat distans duabus  
leucis a iordanē. et septē ad h̄ierusalem. et  
sita ad eius partē orientalem. Hcc civitas  
quondam nobilis. nūc aut̄ humilis ad so  
lum delecta est: et sola domus raab in fi  
gnū fidei remanet. eius enī adhuc parie  
tes sine culmine durat. Iuxta h̄ierico sons  
est dulcis ad potandū. pinguis ad rigādū  
qui quōdā amarus ad potandū et sterilis  
ad rigandū. per h̄elyscuz senatus ē. h̄ sons  
sub monte quarētane oritur. et deinde h̄ier  
ico que duobus miliarib⁹ inde distat de  
rinatur. Ad hanc ergo civitatem dñs decli  
nauit. vt fm Hieronymū sanaret l ea mul  
tos male habentes. Et tune (Iesus qdam  
qui sedebat iuxta viam mendicans cū tur  
bam pterentē audiret et iesum transire)  
perciperet. misericordiā cū clamore. nō tñm  
exteriori: sed etiā interiori petebat dicens.  
(Iesu fili dauid miserere mei.) In quo  
cecus iste vtranq; naturā in xp̄o p̄fiteſ. scz  
humanaz in eo q̄ diei iesu fili dauid: a da  
uid enim carnem suscepit. Divinā in eo q̄  
dicit miserere mei. p̄p̄tū enī est deo misere  
ri creature sue quā p̄didit. fm illud psalmi  
ste. miserationes eius super ola opera eius.  
Ubi Cyrillus. Iste cecus iudalimo nrtr⁹  
nō ignorauit q̄ de progenie dantis deus b̄z  
carnē nasceretur. et ideo ei ut deo et homini  
loquitur. Et licet increparetur a turba pre  
terente. et doctrinā xp̄i auscultante. ipse tñ  
multomagis clamādo petebat sibi misericordi  
timens ne ex increpatione impeditetur au  
ditio. et exauditio petitionis snc. (Iesus)  
vero tandem ppter suā benignitatē (stetit)  
qz cecus cū sequi non potuit (l et insit enim  
adduci ad se) ne turba ph̄beret. et vt occi  
sionē sanādi haberet. Magne pietatis l  
xp̄o signū fuit. q̄ si ipsum cecū expectare vo  
luit. et ad se adduci fecit. Ubi Cyrillus. Si  
stet aut̄ xp̄m vot. et inuocantes in fide resp̄  
cit. Et sō merito vocat cecū et accedere ins  
tit. vi. s. qui prīna fide eū tet gerat. appropi  
quet et corpe. Sic deberent facere nostri p̄n  
cipes. cū viderent paupes p̄querentes. s. sta  
re et facere vocari ad se ut audiret eoz q̄r̄  
monias. Facerentqz eis iustitiā expedite.

## Secunde partis:

¶ Et interrogauit eum quid vellet. Non quod hoc ignoraret: sed ut eius confessionem approbaret et fuit Amb. ut sciremus nisi posse te non posse sanari. et ut eum ad orationes exortaret. et lumen quod ex sua bonitate largiatur ei erat. ad sui petitiones tribueret: quod non sanat inuitos. sed voluntarios. Tunc Aug. qui creauit te sine te. non iustificabit te sine te. Unde et Ambro. Unus oes holes saluos fieri: sed si accedant ad eum. non enim sic vult ut nolentes saluentur: sed volentes. non. non vera salus est si nolenti tribuas. Itē fuit Lyrellum interrogauit ut sciret astates: quod non pecuniam sed divinam efficaciam a deo petebat. Unde et hic domini clementia. quod non designatus est non solū stare: sed et alioquin personam villem et pauperem. ( Ut ille respondens dixit. Domine: ut videas ) ubi miseria et necessitatē suam insinuat. ac remedium et reuelationem nec aliquid aliud preter hoc postulat. voluit ergo dominus audire confessiones qui tamen non ignorat mentis intentionem. ut cognoscamus. non nisi possit posse sanari ab infirmitate spiritus. unde hinc cecili saluare noluit. Hoc elamanus in generali miserere mei: sed postquam spaliter insinuant misericordiam cuius reuelationem sibi misericorditer fieri postulauit. tunc eum sanauit. Dicitur. non ut videatur ( et iesus ) verbo potentissimo quo dicit fiat et factus est ( dicit illi respice ) breue verbū: sed in operatione efficacissimum. Et quod in fidie credentium sibi operam duci subiugatur. ( Fides tua salutem te fecit per fidem enim impetrat salutem corporalis et spiritualis et eternam ) et postea videt et sequebat illum magnificans deum ). i. magnus dicens illum. non magnitudine molis sed virtutis. Non sufficit lumen receperisse nisi etiam lumen sequatur. ne ambulet in tenebris. Ecce ergo signum illuminantis pfecte et in ala et in corpe. Tunc fuit Lyrillus patet. quod iste cecus a duplicitate liberabatur. s. corporali et intellectuali. Neque enim eum ut deum glorificasset. nisi vere vidisset. Unde et Theophilus. grata enim erat ala ceci. I eo quod sanus effectus ieiunii non relinquit: sed secutus est eum. Et non solū fuit illuminatus cecus: sed et alios factus est occasio glorificandi deum. et oīs plebs illuminata est ut divinum aliquid in Christo cognosceret. Unde sequitur. ( Et omnis plebs ut videt dedit laudem deo glorificando facta dei.

## Capitulū. xviij.

congratulando utilitati proximi. Hoc enim sibi retinet dominus de beneficis suis. scilicet gloriam. unde ait. gloriam meam alteris non dabo nobis autem reliquit utilitas. Et nota fuit glosam. quatuor causas istius landis. Prima est pro exauditione clamoris istius pauperis. Secunda pro potentia et misericordia illuminantis. Tertia pro impetrato munere lucis. Quarta pro merito sive eius qui illuminatus est. fuit Greg. quod carnales adhuc discipuli non valebant capere verba misteriū. veniunt ad miraculum ante eorum oculos cecus lumen recepit. ut eos ad fidem celestia facta solidarent. Et fuit Theophilus. Ne incessus domini esset in terris fecit ceci miraculum. hoc documentum discepulūs suis datus. ut in oībus simus proficiunt et nihil nobis otiosum. Missice secundū Grego. cecus a domino illuminatus. est genus humanum: quod in parente primo claritatem superne lucis ignorans. damnationis sue tenebras accepit. Hierico autem interpretatur luna que dum menstruis momentis decrevit. defectum nostre mortalitatis designat. Deinde igitur conditor noster appropinquat hierico. cecus ad lumen redit. quod dum dominus natus defectus nostre carnis suscepit. humanum genus lumen quod amiserat. recepit. Qui eterne lucis claritatem nescit. cecus est. Si autem iam in redemptore credit: qui dicit ego sum via. iuxta viam sedet. Si vero credit et ero: at ut eternum lumen recipiat. iuxta viam sedet et medicit. Quisquis ergo cecitatis sue tenebras agnoscit. quisquis hoc quod sibi destitutum eternitatis intelligit. clamet medullis cordibus clamet et vocibus cordis dicens. Iesu fili dauid miserere mei. Illi autem qui ieiunum venientem precedunt et cecum interpretantur: designant carnalium desideriorum turbas. tumultusque vitiornum que prorsus Iesus ad eum nostrum veniat. cogitationem nostram dissipant. et voces cordis in oratione perturbant. ne Iesus ad eos illuminandos accedat. Sicut enim turba cecum impedit ne lumen corporale recipiat. sic spatialiter turba fantasmorum et cogitationum frequenter impedit ut ne lumen gracie recipient. Sed in eo quod cecus quem turba increpat magis clamatur. datur nobis exemplum. quod quanto plura nobis occurrit impedimenta. tanto magis est clamandum. et quanto grauiori tumuli-

De uno ceco ante ingressum hierico illuminato.

in cogitationum premimur. tanto orationi  
attentius est insistendum. unde Hiero. Lo-  
minantur autem multi ei ut taceat. quod pecca-  
ta et demonia compescunt clamore paupe-  
ris. Sed ille magis clamabat. quod grauesce-  
te bello: manus ad lapidem adiutorij hoc est  
Iesum nazarenum cum clamore levande sunt.  
Unde et Cyrilus. Increpabant eum ut tace-  
ret: sed per inhibitiones huiusmodi. non im-  
pediebatur eius audacia. Non enim fides  
omnibus repugnare. et in omnia triumpha-  
re. Utile est enim pro cultu divino pudorem  
deponere. Nam si causa pecunie sunt impu-  
dentes nonnulli. quare per anime salute non  
debet. bonam induere impudentiam. Sed cum  
cecus primo clamaret Iesum transire dicitur  
cum agit multo magis clamaret. stat Iesus quod  
cum adhuc turbas fantasmata in oratione  
patimur Iesum aliquatenus transirent sen-  
timus cum vero orationi vehementer insisti-  
mus deus in corde figitur. et lux amissa re-  
paratur. et quo docetur quod si in oratio-  
ne primo se userimus Iesum nos quasi pstra-  
scuntem post paululum instanter persecutan-  
tes sentiemus nobiscum stantez. Interrogat  
cecum quid velit ut eum ad orandum erici-  
tet: quod peti vult hoc quod et nos petere et se-  
pedere prenoscit. Pius enim dominus sua  
dona gratuita. non a vult esse merita nec vult  
bonum nostrum iniustum et coactum. sed spō-  
taneum et voluntarium et quod nobis sponte  
largitur. vult nostris petitionibus retribue-  
re. Et ideo quoniam sciat. quid nobis necessē  
fit. antequā petamus. importune tamē nos  
ad petendū inuitat. discens petite agit et ac-  
cipietis. querite et inuenietis pulsate et ape-  
riat vobis. In ecce agit petitione discim⁹  
quod in oratione non aurum non argentum non su-  
gitios honores. non longitudinam vitaz non  
vindictā inimicorum. non aliquid tempora-  
le. sed ineffabile lumen querere debemus  
hoc est ut ipsum qui illuminat oēm homi-  
nem venientē in hunc mundū videre possi-  
mus. intra et ipse admonet dicens. Querite  
primum regnum dei et iustitiam. eius et hec  
omnia adiicientur vobis. Ad illud lumen  
autem videndi profecto via fides est. quod si  
des eum salutē fecit. videntis autem confessi  
peuntem Iesum sequitur: quando quis bo-  
num et intelligit intuitu eius operatur et eis  
imitatur. Quanto ergo quisque plus a deo

illuminatur. tanto amplius et perfectius in  
bonis operibus exercere se debet sicut iste  
teens recepto lumine. non piger remansit nec  
retro rediit. et hic tales non solū in deum p-  
ficiunt: sed etiam alios ad laudem dei accen-  
dit. Abi Greg. Si ergo fratres carissimi ce-  
titatem iam nostre peregrinationis cognos-  
cimus si credendo in redēptoris nostri mi-  
sterium iuxta viam sedemus. si exorando  
quotidie ab auctore nostro lumen petimus  
si tandem lucem iam per intellectū viden-  
do illuminati post cecitatem sumus Iesum  
quem mente cernimus opere sequamur. Al-  
piciamus quo graditur et eius vestigia imi-  
tando teneamus. Ecce cum sit dominus et  
creator angelorum suscepturus naturam no-  
stram in eternum virginis venit. Nasci tamen p-  
dintes noluit. parentes pauperes elegit. p-  
sperari in mundo noluit. obprobria. irrisio-  
nesque tolerauit. spuria. flagella. alapae. spi-  
neam coronam. crucemque sustinuit. et quod rerum  
temporalium delectatione a gudio eterno  
cedidimus. cum qua amaritudine illuc redi-  
tur ostendit. Quid itaque homo per se pati debet.  
si tanta deus pro hominib⁹ pertulit. di-  
uerso quippe itinere ambulat. si gaudia de-  
lectationesque appetit. cui durus viā ama-  
ritudinis ostendit. Si ergo retributio gau-  
dium in perveritione querimus. penitentie  
amaritudinem in via teneamus. Sic itaque sit  
ut non solum nostra in deum vita perficiat: sed  
hec ipsa nostra conversatio ad laudem dei  
et alios accendat. Hec Grego. Hec etiam quod  
de ceco dicta sunt ad unquamque peccatores  
hoc modo referri possunt. Qui enim criminale  
peccatum committit in opere. cecus est  
in mente. Sed si iter veritatis ingredi cu-  
piens per eterna vita ceperit cogitare. et ad  
deum post peccatum flendo et veniam pete-  
do redire secus viam sedet et mendicat. pre-  
tereentes vero silentium ceco iponere vo-  
lunt. quod inmundus spiritus acerius contra eum  
quem ad veniam redire viderint. surgit  
et ne peccator ad penitentiam redeat: pra-  
dicunt. Nec solum inmundus spiritus: sed eti-  
am ipsa consuetudo peccandi durans inci-  
pit rebellare. cu[m] senserit post assueta mala  
ad virtutes hominem velle redire. Sed quo  
acerius se sentit impugnari a malignis spi-  
ritu temptatione: seu ab ipsa peccandi con-  
suetudine. eo fortius debet exemplo huius

Secunde partis.

eccl pugnare in oratione. clamando per desiderium ad deū. clamor enim magnus magnum indicat desiderium. et vere expedit peccatori clamare: quod longe distat a deo. Loge enim a peccatoribus salus. Et si hungarum. Si ad prius lachrymas vel preces de non erudit. homo preces iterare non defiat. Magna enim munera sunt multis preparanda. Neque enim divina pietas ad iutorium se petenti negabit. si ille orando a petitione non deserterit. nec de suis meritis aliquid presumat: sed in illius misericordia confidat. cui per prophetam dicitur. In deo sicut in virtute et ipse ad nihil deducet inimicos nostros. Quantum agit misericordia domini penitentibus exhortat. quale auribus pugnantibus et peccatum prebeat. consequenter declaratur. Qui enim prius transibat propter temptationes quas in oratione patitur. si in oratione generauimus: quasi stans nos ad se adduci subet. quando tranquillitatem mentis redditus. dulcedine sue contemplationis vel tentiter manifestat. et quod in oratione ante ola eternam gloriam querere debemus recte et eous lumen a deo percussisse serf. Et quoniam quisque non negligit penitere. de ventu non debet desperare. recte dicit si des tua te salutem fecit. Quacunque enim hora peccatorum vere penitendo ingemuerit. et prius fuerit salutis erit. Et Aug. Si hierico innam: et ob hoc mortalitatem interpretatur. mortis propinquas dominus indei solis lamen enagelij iusserrat predicari. quos significauit iste unus cecus ante ingressum hierico illuminatus. quem Lucas commemorat: a mortuis autem resurgens atque ascensus: et indei et gentibus qui duos populos significare videntur. duo ceci post egressum hierico illuminati. de quibus Matthewus narrat.

E ratio.

**B**enignissime Iesu non personas hominum respicias. oculis expectas creator omnium misericordis redemptor. oibus indulges salvator. Quis igitur eti sue salutis imemor tardabit ad te pertiri. sic benignissime expectantem. sic ad ostium pulsantem et per gratiam introire volentem: da ergo domine deus meus mihi cecos et misericordia: ut a te vocatus aperiam tibi cor meum. peccatum sine expellendo. et per te gratiam recipiendo: ut illuminatus te sequar nunc in operi

Lapitulsi. triq.

bis virtuosos. et post hec de tua viside semper gaudere merear in celis. Amen.

( De Zacheo et eius putatio. Capl. 23.

**Einde eadem die**

dominus Iesus ipsam urbem ((hierico ingressus ambulabat)) per eam: turba non modica stipatus. Hierico significat mundus quem intrauit in incarnationem. ambulauit in sua pueratione: sed preambulanit in sua passione. ex qua perambulatione facta est salus domini ecclesie. Mundus est perambulandus quia per eum est citissime trahendum et nullo modo per inordinatum amorem vel affectionem est ibi fistendus: vel ei inherendum. Ut enim est aliquis qui non insciatur si circa mundi negotia impliceat. ((Zachensis autem qui erat non tantum publicanus: sed et princeps publicanorum)) et primus inter illos qui vacabant publicis actibus scilicet ex actionibus et vestigalibus que implicant ad peccatum. ac ((divites)) quia in acquirendo auarus et temporalibus implicatus. et quo in eius votacione appareret maior dei misericordia: et diuine pietatis abundantia. Desiderabat et denotione ((videre. Iesum)) beati enim oculi qui videt ipsum ((et non poterat per turba) Sequente eum ((quia statua pusillus erat et corpore secundum quantitatem et mente secundum habilitatem et quo patet denotio popularius ad tempus: quod tanta turba sequebatur eum. ((Et precurrens)) id est per alios currens ((ascendit in arborum sycophorum: ut videret Iesum)) inde transirent. Ubi Beda. Que impossibilita sunt apud homines possibilia sunt apud deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina per foramē actus traxit. hoc est diuines et publicanus relecto onere divitias: percepito censu strandi angustias portata arcta quod via que ad vitam dicit: ascendit quod mira denotione fideli ad videlicet salvatorem: quod natura nullus habebat ascensi superlat arboris: atque ideo ins. ((quoniam ipse arrogare si audiret)) benedic. Intra dominice susceptionis accipit quā desiderabat. Hec Beda. Sichomorus est arbor in solis mero similis. et alijs sicut. sed stipite distans et altitudine pressans. Unde et a latini celsa dicitur. et interpretatur sicut sativa: quod arbor est sterlis sicut dicitur sycophorus. sicut mors. Tel

Q

## De Zacheo & eius conniuso.

scribitur sichomorus pro sichomoro vicio scriptor. Unuskm Josephu potius deberet dicit sichomorus qz cōponit et natura sici quo ad lignum; et natura mori quo ad solia. Sichomora quoqz dicitur quedam; possum a fice familia. Fructus autem mori liquor et sanguini simile hz. Unde dicit et ostendere tūt elephatis sanguine. vne et mori ad acutum eos in prelio. s. corporali. Et ideo morus crucē signat: cuius fructus ipse rps dicitur. In ea suo sanguine rubricatus: qui sanguis nobis per recordationē ostēsus. acut nos in prelio spirituali. Dominica enī crucē credentes alit. ut siens: ab incredulis irridet ut satua: quia iudeis est scandalū gentib⁹ vero stulticia: sed credētibus virtus dei ē. Hec ergo arbor i quā pusill⁹ statuta zacheus: ut exaltari posset ascendit: arbor fidei et crucis est: ob quā multi venientes: et in eaz ascendentēs huius statuta parvuli fuissent: et nondū in scientia et perfectiō multū creuissent. inde tū tēsum videre et cognoscere meruerunt. Huius arboris fructus sanguineus est. p. quē martyres significant: q tam s̄r̄ niter huic arbori inherent: ut potius occidi et p̄prio sanguine erūtarī qz a sua arbore. idest a r̄pi fide et cruce valeant separari. Hac debemus ascendere per fidē et meditationē. aliter. iesum videre nō possim⁹: qz statuta pusilli sumus. Nō enim sufficiunt nostra merita sine merito passionis crucis r̄pi. hanc pusillus ut exaltari possit ascendit. dum quislibet humilis et p̄prie infirmitatis p̄scis: terrena relinquendo: et prauos act⁹ deserendo altioraqz petēs. et in domino cōfidens in virtute crucis gloriatur. clamans cū apostolo mihi autem abit gloriarī: nisi in cruce dñi nostri iesu christi. cui lignum crucis est gloria. salus vita. et per hanc landib⁹ fatuitatē dñi cernere meretur. Nos enim inquit apostolus predicam⁹ r̄pm crucis. indeis quidē scandalū gentibus autem stulticiā. Ecce sichomor a ēde et in lignū ubi pro te pependit iesus et videbis iesum. Unde Augu. Apprehendit zache⁹ sycomor. ascendat humili. crucē parū est ascendat. Ne de cruce erubescat in fronte illaz sicut: ubi sedes pudoris est. Ibi oīno ibi in quo mēbro erubescit. ibi figura. ubi nō erubescat pītas: qz irrides sycomor. Et ipse efficit videre iezus. Hec Aug. Quicunqz etiā

humiliatur ppter lesu; h̄ infatuatur iuxta mundū: qui solus tū sapiens est: qz q̄ stū tū est holibus. sapientia est dei. et hic dñm videre meretur. An Gregorius. Si veraciter sapientes esse: atqz ipsam sapientiā cōtemplari appetimus. stultos nos humili agnoscamus relinquamus notiā sapientiam: dic scamus: laudabilem fatuitatē. Hinc euāge lice hystorie verba testan̄: qz zacheus cujz videre pre turba nū posset sycomori arborē ascendit: ut transeunte dominū cereret. Sycomor⁹ quippe siens fatua dicitur. Pusillus. itaqz Zache⁹ sycomorū ascendit et dominū videt: qz qui mundi stulticiam humili eligunt. iphi dei sapientiā sublimiter cōtemplantur. Pusillanimitatem nāqz nostrā ad videndū deū turbā spedit: quis infirmitatē humane mentis. ne luci veritatis intēdat. curarū seculariū tumultus premit. Sed prudenter sycomorū ascendimus. si prouide eam que diuinitus precipit stulticiā tenemus. Quid enim in hoc mundo stultis qz amissa nō querere. possessa rapientibus relatarē nullaz p acceptis iniurias in iuriam reddere. Imo et adiunctis alioz patientiā p̄ebere. Quasi enim sycomor⁹ nos ascendere dñs precipit: cū dicit. Qui auertit que tua sunt ne repetas et rursuz. si quis te perenisserit in derterā marillam p̄ebe ei et alterā. Per sycomorum dñs transiens cernitur: qz per hanc sapientem stulticiaz. et si nec dum solide ut est iam tū per p̄ēplationis lumen dei sapientia. quasi in trāitu viidentur. Qui vero in elata ad cōspicienduz deum adhuc rogitationum suaz. turba deprehensi sunt. sycomori arborē nō inueniunt. Hec Greg. Ubi et Theophilus. Sed facile hoc est ad moralem utilitatem retoz quere. Quisquis enim pluribus in malitia preest. parvus est statuta spūal⁹. et non p̄t videre tēsum pre turba. Nam perplexus a passionibus et secularibus rebus. nō aspergit iesum ambulante idest in nobis operantem nullum opus eius cognoscens. Ascendit autem super sycomorum idest su per voluntatis dulcedinem que significa tur per sicut deprimens eam: et sic sublimior factus videt. et videtur a christo. Hec Theophilus. Per sycomoruz etiam potest intelligi religio quia latini sycomorum etiam nominat. Est enim procerior et altior

moro. Et habet fructus subdulces. qui nunquam ad maturitatem perueniunt. Sic stat<sup>9</sup> religionis est altior: et procerior: quod in contemplatione perficitur. et status mundi transcedit. Habet etiam fructus subdulces. fructus. scilicet studientiarum. vigiliarum. ieiuniorum. et huiusmodi quod de se sunt duri et asperi. tamen sunt subdulces quod sustinente amore dulcedinis paradisi: et nunc in maturitate perueniunt: quod fructus maturi sunt dulciores. et vera religio de mundana dulcedine non curat. Sed sycomorus ficus satua dicitur: quod ad litteram ingrediens religionem satuus reputatur. Unde potest dicere illud amos. Armentarius ego sum vellicans sycomoros. Istam arborum zacheus pusillus humilio. scilicet religiosus ascendit ut videat iesum. scilicet ut lucere vita eterna. que in viside dei perficitur: sed quod parvus aliter non potest ascendere sine scala vel gradibus. Ideo sunt tres gradus in scala religionis unus est abrenunciatio proprie voluntatis per votum obedientie. secundus est abrenunciatio proprie erterioris per votum paupertatis. tertius est promissio perpetue castitatis. per votum continetiae. et istos tres gradus. tres alii gradus ex parte ipsius ascendentis precesserunt. primus est contemptus terrenorum. secundus oblitio generis. tertius odium mundi. et ista tria fuerint dicta abrahe a domino. Egressus de terra. ecce gradus primum et de cognatiōe tua. ecce gradus secundus. et de domo patris tui. ecce gradus tertius. et vent in terrā quam monstranero tibi. scilicet in religionem. His sunt tres gradus quibus ascenderetur ad thronū Salomonis. Iste thronus est religio in qua dominus residet tanquam in throno et cathedra speciali. Unde et Petrus rauenas vocat religionem paradisum. que propria mansio dei est. dicens. Iurta sententia cordis mei. si paradisus in hac vita presenti est: ant in celastro. aut in scholis est: quicquid enim extra hec duo est: plenum est anxietae. inquietudine. amaritudine. formidine. solicitudine. et dolore. (Et cum iesus venisset ad locum) ubi erat sycomorus (suspicens vidit zacheum) non tantum visu corporis: sed et respectu pietatis. approbans illius denotionem et desiderium. Bonum fuit ei videre christum: sed inclitus videri a christo. Tibi Beda. Videlicet iesus videntes sequia elegit eligenter se et amavit aman-

tem. Hunc sane ordinem proficiendi hoc est super fidem dominice incarnationis ad cognitionem divinitatis perueniendi sycomorum iisu faciem speculandi. doctor egregius ostendit. cum ait. Non enim indica ut me scire aliquid inter vos nisi christum iesum et hunc crucifixum. Hec Beda. Lognoscens ergo et acceptans iesus desiderium zachei. eum ut descendere vocavit. dicens. Zachee festinans descendere quia hodie in domo tua oportet me manere. In domo quidem materiali propter reservationem christi et discipulorum suorum: et ad ostendendum benignitatem peccatorum reuertenti. et in domo conscientie spirituali per gratie infusionem necessariam peccatori. Illud etiam dicit christus cuilibet nostrum. Vult enim manere in domo conscientiarum nostrarum. Et ideo debet preparari ad eum recipiendum. Unde de ista dicit psalmista. Domum tuam decet sanctificatio domine. Gloria enim nostra hec est: testimonium conscientie nostre. Bene debet dominum suum spiritualem emundare et ornare. qui vult tantum hospitem recipere. scilicet regem glorie: quem nec celum: nec terra potest capere. ut ibi maneat. id est per gratiam inhabitet et non transeat. Tibi Beda. Quod autem descendere de sycomoro zacheus et sic in domo sua christo missione preparare iubetur. hoc est quod apostolus ait. quia et si cognovimus. sicut carnem christum sed tam nunc non nonimus. Si enim mortuus est ex infirmitate. sed vivus et virtute dei. Hec Beda. Verba predicta domini iesu moraliter exponi possunt de fidelis anima. que dominus dei dicitur. quod in ea christus per gratiam manere dignatur. et hoc hodie id in vita presenti per gratie prelibationez. ac etiam hodie. et in eternitate per glorie beatas fruitionem. Licet autem tempore in qualibet fidei anima habitat per fidem specialiter tamen ad hoc eligit metes eleatas et abstractas. Debet autem anima talis esse abstracta tristiter. scilicet a desiderio rerum temporali. a voluntate delectationum carnalium. vel comodi corporalis. et a seipso per abdicationem propriæ voluntatis. Per hec enim tria abstrahitur anima ab omni impeditione salutis. contra illa tria de quibus dicitur omne quod est in mundo. aut est concupiscencia oculorum.

## De zacheo et eius coniunctio.

lorum. aut concupiscentia carnis. aut superbia vite. Hanc triplicem abstractionem docevit salvator dicens. Qui vult venire post me abneget se: quantum ad tertium: et tollat crucem suam: quantum ad secundum: sequatur me videlicet relictis omnibus. quantum ad tertium. Et hec triplex abstractio de zacheo cuius hec verba dicta sunt. scilicet in domo tua oportet me manere potest intelligi. Quoniam enim principius euangelij ipsum divinitatem appellauit. in precellis tuis eius verum pauperem Christum factum esse contemperat. Nam in eo quod dicit ecce dimidium honorum meorum do pauperibus et cetera. innuit abstractionem primam. scilicet a rebus temporalibus. In eo autem quod zacheus ascendit in arborum sycomorus. significat abstractio a commodo temporali vel delectatione carnali. sycomorus enim sic figura: et signat carnalis delectatio dulcedem. neque figura est quia ascendens per hanc abstractionem. sub pedibus deprimitur et calcat. In hoc autem quod ipse ad unam dominum vocem festinans descendit. etcepit illum gaudens invenit abstractione proprie voluntatis. Et hec tria se in niceps sustinet. ita quod alterum sine alijs praecedit non est. Si enim quis sit abstractus a sollicitudine temporalium et sit deditus voluntati carnis. nihil valet: et sic intellige de alijs suo modo. (Et festinans descendit. Et excepit illum gaudens) et exultans de tanti hospitiis aduentu. Iam enim quod dominum in eis suorum suscepereat zacheus. in domo eius dignatus est suscipi dominus. In quo facto dominus invenit quod votis minorum annuit. et affectus pios praequisit et perficit. Vide hic benignitate domini. Plus enim dedit zacheo quam ille desiderasset: quod dedit ei seipsum quod ille petere ausus non fuisset. Vide etiam virtutem orationis: quia desiderium magna votum et magna oratio est. Et ideo dicit propheta desiderium pauperum exaudiens dominus. Et alibi dominus ad Moyensem. Quid clamas ad me: et ille ore suo taceret: et tantum corde loquere tur. Unus Hugo. Tota vita boni Christiani sanctum desiderium est. Quod autem desideras non dum vides. sed desiderando capar efficieris: ut cum venerit quod videas implearis. Hec est vita nostra ut desiderando exerceamur. Tantum autem nos exercet sanctum desiderium quantum desideria nostra amputare mus ab amore seculi. hec Hugo. (Et videtes pharisei et aliqui malignantes iudei: quod in

trauerat domus publicani (murmurabante dicentes. quia ad hominem peccatores dixerint). Iste peccabant duplicitate. falso iudicando de zacheo: quod iam peccator non erat: sed vere penitens. Et similiter de Christo quia non mirum erat si diuertebat ad eum: quem instigauerat quod eorum penitentis est Christus duxerit sororibus ubi pascha manducat. Irrationabiliter etiam murmurabant quia nullus potest rationabiliter murmurare si medicus dignatus egrotum visitare. (Stans autem zacheus) ad obedientiam domino promptus non turbans propter aliorum murmurationem et detractionem sicut multi qui ad modicum verbis aliorum bonum deserunt iam inchoatum (dixit ad dominum. Ecce dimidium honorum meorum do pauperibus. Et si quid aliquem defrundant reddo quadruplum). scilicet de dimidio residuo quod adhuc retinco. Let enim in aliis bus precepit restituere duplum. in aliisbus quadruplum. in aliisbus quintuplum. Et ideo per hoc quod hic restitutio media erat misericordie due extreme intelliguntur. Ex hoc autem quod dimidium honorum suorum dedit pauperibus patet quod non omnia bona sua erant male acquisita quia de illis non posset fieri elemosina. Sicut autem zacheus dedit do pauperibus. et reddo quadruplum: sic debent facere volentes dare elemosinam. vel reddere mala acquisita: dicentes do vel reddo. non dabo vel reddam seu in testamento meo ponam. Ubi Beda. Et hec est sapiens illa stultitia quia de sycomoro publicanus qui si fructum vite legerat: rapta videlicet reddere: propria relinqueret. visibilia conteneret. inuisibilibus. etiam mori desiderare. seipsum abnegare. et eius qui needum videbatur vestigia sequi coepiscere. Hoc Beda. Conspice igitur dominum et discipulos cum illis peccatoribus comedentes ac familiariter et domestice conuersantes: ut eos ad se attraherent et de peccatoribus iustos ficerent. Et quod iudei murmurabant quod ad holam peccatorum est divertitus. et cum eo maneret: ut ipsorum estimationem murmur redarguerat et expellet: quem intus curanerat. etiam a culpa sanatum annuntiavit dicens. Quia hodie salus huic domui sancta est) et omni egritudine. omni morbo. omni vice et contagione fugata sanata est et tota interior et exterior sanctificata: quia per dominum ingressum facta est zacheo salus. et

q̄ fuerat peccator per dñs redēptionē est ius  
sticatus. et salutem consecutus. q̄ suscep̄to  
medico salus factus ē ab auaricia et omni  
morbo. Ubi Theophi. Ipsum zacheum si  
gnat alſentum fuſile ſalutē. per domū ba  
bitatoreē deſignās ſequit enim (eo q̄ et ip  
ſe fit filius abrahe) Nō enī vocaſſet abra  
he filium inanimatā fabricam. Hec Theo.  
Tel eo q̄ et ipſe q̄ huins domus habitator  
est. iā nō p̄nblinacuſ fit. ſed filius abrahe  
factus ſcilicet nō natus idest nō ſecundum  
carnem. ſed ſecundū fidem. non genere. ſed  
ſide et operā imitatione Abrahe nāqz fili  
ſunt quicūqz Albrahaā imitantur. et opera  
abrahe faciunt. Zache⁹ q̄ppe ſicut et Albra  
haam in ſide eruit. et Albrahaaz quidē an  
gelos. Zacheus vero angelorum dominum  
hōpſitio ſuſcep̄t. Unde Beda. Filius abra  
he dicitur Zacheus. nō quia de eius ſirpe  
generatus. ſed quia eius eſt fidem imitat⁹  
vt ſicut Albrahaā terram. cognitionem do  
miniqz patriam ob ſpem ſuture heredita  
tis dñs inbente deſeruit. ita et ille q̄ theſau  
rum in cellis acquireret. bona ſua pauperi  
bus perciplēdo relinquit et pulchre dicit et  
ipſe. vt nō ſolū eos qui iuſti perſuerant. ſi  
et eos q̄ ab iniuſticia reſiſtunt. ad filios p  
miſſionis pertinere declararet. Hec Beda.  
Et reddis cauſam. quare ad domū pblis  
cani diuertit. q̄ hoc fecit vt medieus egro  
tuſ curaret. et vt deus peccatorē iuſtificaret.  
et vt paſtor ouem perditam reportaret. et vt  
ſalaator q̄ per culpā perierat ſalvaret. Lz  
ad hoc dei filius (venit) de celo in mſiduſ  
per carnis assumptionem factus homo. (et  
filius hois) idest virginis. vt quereret per  
doctrinā et ſaluum ſaceret per gratiā q̄ pe  
rierat per culpā ſcilicet onem centefimam  
dragmā decimā. filiuſ iuniorē. Perierat. n.  
In hole innocentia nature. ſimilitudo gra  
tiae. adoptio glorie. ppter p̄mū cōparatur  
oni p̄dite. ppter ſm̄ dragme p̄dite. ppter  
tertiū filio prodigo. Tria aut̄ p̄dicta venit  
Ieſus reparare. Ubi ait et aliſi. Nō veni vo  
care iuſtos h̄i peccatores ad penitentiā. ubi  
Lz. Quasi diceret. Quid me criminamini  
ſi rectiſco peccatores. Tam enī pecuſt est a  
me oditi peccatoꝝ q̄ eorū cauſa aduenie  
rim. Nā medicus vent nō iudic. ob hoc eō  
uiua ſio languentium. patiorqz ſetorem. vt  
preſtem remeđiū. Ubi et Beda. P̄nſ ſane

magiſter q̄ ſi murmurantibꝫ turbis ſua  
miſteria nō dedignatur exponere a deo ſi  
licet peccatoꝝ penitentiā nō eſſe reſpuēdā  
vt ipſe dei filius. ob hanc maxime queren  
dā fit deſtitutus ad terras. q̄ vt pietatis ſue  
nobis diſpensationē inculcat ſepiſſime ſe ſi  
litum hois appellat. cōmendans ſolicite no  
bis q̄ factus eſt benigne pro nobis. vt aut̄  
dicit idē Beda. M̄diſtice zacheus. (q̄ inter  
pretatur iuſtificatus) credente et gentibꝫ  
populu ſignificat. q̄ per occupationē tēpo  
raliſ depreſſus erat et miſimias. ſed a domi  
no ſanctiſicatus. qui intrante h̄ieroſo ſalua  
toꝝ videre voluit. dum fidē quā miſido at  
tulit particolare queſiuit. Hec Beda. Per  
diſitem eriam iuſtuſ. zacheum. qui q̄ rebat  
videre ieuſum. ſed ipſediebaſ q̄ turbā et ſta  
ture ſue paruitatē intelligi potest. q̄libet di  
ues. qui de ſalute ſua ſollicitatur. ſed q̄ tur  
bationem fantatiſatum etrea negotia. tpa  
lla. et p̄ p̄p̄lā iperfectionē. ipeditur ppter  
q̄ ascendere dybi arborē. i. ad xp̄m per ora  
tionē. que fuit Damascenū eſt ascensus mē  
tis in deū. et ſic ieuſum videre mereſ. et par  
tem bonorū ſuorū pauperibus dare et ſi que  
deſrandauit feliciter reſtituere. Per phar  
ſeos agit murmurantes intelligi poſſit ma  
ledicti bonorū opera depravat̄es. et que be  
ne ſiunt in malum interpretantes. Sed de  
hiſ nō eſt curandum. nec ideo a bono ope  
re ceſſandum. Imo potius et fortius ei inſi  
ſtendum. Et q̄ erant p̄pe h̄ierusalem. que  
eſt caput regni. et exiſtimabant aliqui pha  
riſeoꝝ et etiā diſcipuloꝝ q̄d ſtatiuſ enī eſſet  
in h̄ierusalem. maniſteſtareſ regnū eius ſu  
per iudeos. a multis enim credebaſ futu  
rus rex iſrael. ſm q̄ dixerat magi. ubi eſt q̄  
natus eſt rex iudeoꝝ. et ipſi apostoli quere  
bant ab eo. dñe ſi i ipſe hoc reſtitues regnū  
iſrael ad hanc ergo errorem remouenduſ.  
inducit parabolam de homine nobili. qui  
abit in regionem longinquā. et dedit decez  
ſeruſ ſuis decem iuñas ad negociaſandum.  
Que q̄ in ſuila p̄cordat cuſi alia parabola  
que in ſtra de talents dicitur. Ideo hec ibi  
de ſimulcum illa coniungitur. Oratio.

Omine ieuſu christe q̄ zacheum i ſp  
d̄ comorū ascendentę misericorditer  
reſpetiſti ac eum ad te vocans et in  
domum ipſius diuertens ab omni vicio fa  
nasti. p̄cede mihi pufillo et miſero. vt in ar  
Q. iij

De duobus cecis post egressum hierico illuminatis.

borem penitentie valeam ascēdere: vbi me  
oculis misericordie digneris aspicere. et ad  
tuam gratiam vocare donans mihi ut do-  
mum conscientie mee ad te recipienda di-  
gne preparem: et per te totus interius et ex-  
teriorius perfecte saner. et qui venisti de celis  
querere et salvare quod perierat in terris. tu me  
qui per culpam perieram regras bone pa-  
stor. et salvi facias pie salvator. Amen.

C De duobus cecis post egressum hieri-  
co illuminatis. Lapi. 24.

p. **O**st hec egredien-

te Iesu cum discipulis ab hierico. Turba multa desiderantia audire doctrinā  
eius senta est eum. Pascientem non ande-  
bant propter latrones ingredi desertū. Quia  
turba plurima sequebatur Iesum sue sedu-  
le et studiose doctrine est induitum. Ubi Cri-  
sost. Testimonium studiosi agricole est mes-  
sis secunda: aliquid autem doctoris documentum  
ecclesia plena. Neminē labori itineris ipedi-  
vit: quod amio spiritualis fatigatio ne non sen-  
tit. Neminē possessionum suarū sollicitudo  
retrahit: quod ingrediebantur in possessionem re-  
gni celestis. Uere enim non habet super ter-  
raz quod amet quis bonum celeste in veritate  
gustauerit. Sicut enim qui præciosum man-  
ducaverit cibum. postmodū ei hæc cōdis-  
ingrata videtur: sic et qui semel dulcedinez  
christi bene gustauerit terrenos bonos de-  
cetero non multum sentit sapores. Namix  
est illa rosa in campis hierico. de qua sa-  
pientia loquitur per Salomonē. Sicut pal-  
ma eratata sum in cades: sicut plantatio  
rose in hierico. Ergo hec est illa speciosissi-  
ma rosa. sanctitate iusticie candida et passio-  
nis sanguine rubicunda. Sicut enim rosa  
antequā videat. sentitur et antequā inueniatur  
tenetur in odoribus suis: sic et dñs transe-  
te de longe. duo ceci antequā viderent dñi/  
nstatem eius fragrantia senserunt. Hec Cri-  
sost. Unde sequitur. (Et ecce duo ceci ce-  
dentes secus viam) ut elemosynam pete-  
rent a transcurrentibus non remote a via sa-  
lutis. Audierunt ha transcurrentibus (quia  
Iesus) nazarenus omni flore virtutum ver-  
nans (transfret) O felix auditio: rumor le-  
uis. Multi enim reges et prophete volue-  
runt audire. et non audierunt. Et misericor-  
dia tua clamore petebant. dicentes. (Do-

mine miserere nostri filii David) Tua com-  
passione nostram miseriā remouedo. To-  
cant eum filium David. quod credebant enī  
esse christum per prophetas promissum. et  
notum erat apud omnes iudeos quod christus  
de semine David erat nasciturus. Quia ma-  
gna desiderij intentione clamauerunt: et ma-  
gno desiderio illuminari postulauerunt. et  
selli David fidelium per caritatem deum etiā  
in eo esse nouerunt per inspirationem. Ubi  
Criso. Oportune ante oblati sunt ante fa-  
ciez christi duo ceci. ut apertis oculis quasi  
testes virtutis eius ascenderet ēē eo in hie-  
rusalem. Vi currentium strepitum audi-  
bant. et personas non videbant. nihil solum  
habentes de toto corpore preter vocem. Et  
ideo quia pedibus eum sequi non poterant  
voce sequebantur. Hec Criso. De uno isto  
rū tantū. scilicet famosiori Marcus mentionem  
faciens. de alio tacuit minus toto. Ubi Au-  
gu. Hoc autem factus et Marcus cōmemo-  
rat. sed de uno ceco factum. Nam duorum  
cecorū quos Matthæus interpolavit. vnu  
fuisse in illa civitate famosissimus. et hoc sa-  
tis apparet. quod in nomen eius et patris eius  
Marcus cōmemorauit. Barthimeus enī  
thymei filius erat aliqua magna felicitate de-  
lectus notissime et famosissime misericordia fuit:  
quod non solum cecens: vertietaz mendicus se-  
debat. Vinc est ergo quod ipsum solum voluit  
cōmemorare Marcus: cuius illuminatio  
tam clarā famaz huic miraculo cōparauit  
quod erat illius nota calamitas. Ubi et Beda.  
Et bene marcus qui gentibz scribebat euā  
gelium vnu dicit illuminatus. ut eoz quos nos  
instituebat ad fidem salvationi figura pgrue-  
ret. Matthæus vero quod hebreis suū scribe-  
bat euangeliū. quod in gentiū quoqz noticiaz  
erat puenturū: recte duos dicit illumina-  
tos: ut vtrūqz populum vnu condēqz fieri  
gratiā p̄tinere doceret. quod etiā in sequenti le-  
ctione de asino in quo dñs sedere dignat:  
est eandē euāgelicā fuare scripturā cura-  
nit. Hec Beda. Barthimeus quod filii pinguedis  
nis interptat significat holez i. delitjs car-  
naliibz nutriti. Iō dicit cecus. scilicet lumi-  
ne p̄natus: de qua dicit in Job quod non inue-  
nit in terra suaniter vivētiū: quod delicie car-  
nales hebetat intellectū. et talis cū audire  
saluatorē dī clamare p̄ orationē devotā ut  
ab eo recipiat sapientiam lumen. quod dat oībꝫ astutē

ter salte de necessariis ad salutem. ¶ Turba autem doctrinam Christi auscultans, videlicet sedidas vestes non precepsit claritatem. (Increpat eos ut tacerent.) quod per clamorem suum turbam ab audiendo Christi doctrinam impediabant. Et hi significavit eos quod a bono ope retrahunt alios. Habemus autem triplicem turbam impedientem: unam a carne aliam a mundo tertiam ab inferno: quod carnalia desideria et presentia. scilicet mundi et diaboli nobis obstant ut taceamus a confessione peccati ab edificatione prima a laude dei. Infelix haec turba omni bono obsistit. Turba desideriorum carnis increpat allicendum. turba tyrannorum mundi increpat persequendo. turba demonum inferni increpat decipiendo. Sed quo modo tacebunt in oratione ceteri per ignorantiam mentis. precipue de proprio statu medici per defectum virtutis et erra viae salutis. (At illi magis clamando infestabant. donec strepitus turbe voceret timores ne ex increpatione aliorum impeditetur auditio et eruditio petitionis ac vocum eorum et misericordia petebant. Dicentes. Domine miserere nostri filii David.) In hoc et nos exhortamur ad orationis continuacionem. et in ea perseverantiam. Ubi Christus. Irritabant vetiti magis quam percepcebant. Talis est natura fidei: quanto magis vetat. tanto magis accendit. propter quod serui dei in presentiobus non vincuntur. Urtus enim fidei in periculis secura est: et in securitate pericitur. Quid enim aliud sic vigorem fidei in omnibus laxat. quam longa tranquillitas. Et iterum. Primi enim clamabant quod ecce erat. Secundi magis clamabant quod ad lumine accedere vatabantur. Christus autem permittebat eos vetrari: ut plus errorum desiderium appareret. Hinc autem dico: quod si abiecti fuerimus cum studio accendentibus ad deum per nos ipsum assequamur quod petimus. Ubi Christus. Unde Angeli. Bonos enim Christianos volentes facere precepta dei. christiani malos et tepidi prohibent. clamet tu illi non deficiant. Cum enim quisque Christianus cepit bene vivere. multi sunt qui contenerentur in ipsa sua nonitate patitur reprehensiones frigidos Christianos. sed si perseveraverit. Christus iam obsecrantur. qui ante prohibebant. Ubi Christus. gusti. (Et) quia pulsanti aperietur (stetit Iesus) perfectans eos: quia illi sequi non poterant. (Quo enim pergerent non videbatur) et vocauit eos ne turbe prohiberentur non

vocati venirent. Et interrogavit eos quid vellent non tamen hoc ignoravant. sed ut ex responsione et confessione eorum manifesta debilitas et virtus remedio cognoscetur: quia ad miraculorum operationem vult habere sanandorum confessionem. ut et hoc magis apparcat evidentia miraculi ad aliorum utilitatem. Et cum illi dicerent. (Domine ut aperiatur oculi nostri missus eorum Iesus.) Sons vere lucis (tetigit oculos eorum. et confessum) id est subito (viderunt) et quo patet: quod talis illuminatio fuit miraculosa non naturalis: quia natura non operatur in instanti. Ubi Christus. Tetigit autem ut homo carnaliter. sanaret ut deus. Et iterum. Quandiu direrunt filii David: suspensa est sanitas. mori ut dicerent domine. sanitas est infusa. quia salutem non poterat filius David: sed filius deus. Ubi Christus. Spiritualiter enim Glosam. oculos tangit eum radix sine lucis conscientiam illustrat. et confessum videmus ad deum contemplandum. ad nos cognoscendum. ad proximum iuandum. Notandum autem quod triplex est modus illuminationis. Illuminatus enim leguntur aliqui verbi. sicut census de quo dictum est supra aliqui tactus: ut isti de quibus sit hec mentio. aliqui vnguento. sicut ubi luctum fecit et sputo. Uerbum est predicatio. tactus est interior inspiratio. uincio sacramentorum institutio. Sic ergo illuminat per eloqua sacre doctrine. per carissimata gratie. per sacramenta ecclesie. (Et secuti sunt euangelii) non tam pedibus quam virtutibus ac fidei et moribus. quia illi qui a Christo illuminati sunt corporaliter. ab ipso etiam illuminati sunt mentaliter. Quosque enim Christus sanaret corpore. sanaret et mente. quod totum hominem simul se cit salutem. Ubi Christus. Bonum munus obtulerunt Christo sanati: quod secuti sunt eum. Hoc enim deus a te requirit. binum prophetam. sollicitum ambulare cum deo tuo. Et iterum promisit eos secundum: ut recesserit miraculus ostenderet eum non ex firmitate mori. Ubi Christus. In hoc autem quod secuti sunt eum. patet eorum gratitudo. quod non refuerunt post beneficia donata eis a deo. quod tamen multi faciunt: quod post beneficia ingratiestates: ad vomitum revertuntur: et ad malum redirent. Ubi Christus. Sed non illi fuerint tales: sed et ante donationem fuerunt presene-

Q. 117

## De effusione vnguenti super caput Iesu.

tabiles, et post battitez grati. Vos et nos ze-  
lemur et si tardanerit donatione deo: et si mi-  
ti sunt quod adducunt ne defistam petentes. sic  
enim maxime deum attrahemus. Vide itaque et  
hic quicunque vehementer eorum concupiscientiam inno-  
pia. non audiri. non a turbis incre-  
pat. non aliquid aliud prohibuit. Tale quod est ala-  
kerues et labores. Hec Lrix. Tu ergo eristes ex  
tra viam et cecus clama ad Iesum. ut te illuminare  
digneas ad ipsum videndum. ac sicut et imita-  
tio sequitur quod hoc precepimus nobis necessa-  
ria. vbi Aug. Tota igitur fratres opera nostra in  
hac vita est sanare oculum cordis vestrum videat  
vobis. hoc sacrosancta mysteria celebrant. ad  
hoc summo dei predicationem. Ad hoc exhortatio-  
nes morales id est pernientes ad corrigendos  
mores. ad emendandas carnales concupiscienc-  
ias. ad renesciendum non voce tantum. sed mutata  
vita hunc seculo. Ad hoc agatur quod agunt  
deinde sacre litterae ut purgescant illud iterum ab  
ea re: quod nos impedit ab aspectu dei. Hec Ubi  
et Orig. et nos ergo sedentes iuxta scriptura-  
rum viarum et stelligentes in quibus cecidimus. si ab  
effectu petierimus taget oculos alas nostras  
et recedent a sensibus nostris tenebra ignoran-  
tiae: ut eum videamus: et sequitur quod dedit nobis  
posse videre propter nihil aliud nisi ut eum sequi-  
mur. Hec Orig. pro duos cecos istos signifi-  
cavit duo populi. scilicet gentiles qui erant erreca-  
ti per idolatriam et iudei per doctrinam pueras  
mandatum dei transgredientes propter tradicio-  
nes hominis qui sedebat. secundum vias: quod videbant  
habere legis noticiam. sed via quod est ipsius ignoran-  
tiae: quod alter naturale: alter scripture legem habebat. Qui audierunt de transitu Iesu post  
eum exiit de Hierico. scilicet de hoc seculo. sed Iesus eo  
rursum oculos metales tagente. illuminati sunt.  
multi de iudeis et gentibus. plures enim per fidem  
et opera sancta sequentes. et prius quodcumque unius  
postea duos cecos illuminauit: quod prius prius  
populum: deinde duos vocat. Ubi Beda. qui  
autem appropinquauit Hierico unum illumina-  
uit: ac proficisciens de Hierico duos. hoc intima-  
uit quod an passionem suam unum populo iudeo  
